



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

30. De 4. verbo, Eli, Eli, Matt, 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

300 MEDITATIONES DE
esse, vt cōmunem homo & Deus haben-
matrem, ad quam confugias, in qua spen-
colloces. quæ mediatrix sit inter nos &
Deum. 3. Considera S. Ioannem, licet pa-
perem, hanc nouam matrem recepisse
sua, non bona, domos, agros, sed officia.
Curam enim eius egit, ne quid deesset. T
roga Dominum, vt tibi etiam sit mater,
pro te apud filium iugiter intercedat.

MEDITATIO XXX.

De quarto Verbo in cruce. Matt. 27.

Marc. 15. Luc. 23.

1. **A** Sexta hora tenebra facta sunt super
niuersam terram, usque ad horam
nem, & obscuratus est Sol. Considera solem
in Domini tui passione obscurari, vt sicut
moriens patrefamilias tota domus pul-
lis vestitur in signum luctus, sic luctum de
Domini tui passione in meditationibus
cōcipias. 2. vt discas grauitatem peccato-
rum mortaliū tantam esse, vt levius si
Solem, & sidera interire, quā vno crimi-
ne Dei offendī maiestatem: siquidē quo-
libet peccato mortali Deus est occisus. 3.
vt intelligas Dominicę passionis fructum

PAS
esse in c
ius. Qu
non hon
& negle
ari, nisi in
Circa
vocem mag
nitudi eft.
reliquisti
co in fin
morem,
tiore int
nim illa
patte, n
cepit, fe
tum possi
tum erat
sanguin
dolore,
vndique
intali sta
lelit ocul
elamari
meus, q
te, cur
solatio
Hinc d
cisum
eſt

PASSIONE DOMINICA. 361

esse in contemptu splendoris mundi hu-
ius. Qui enim cum Christo confixi sunt,
non honoribus, sed contemptu gaudere
& neglectu. Vnde Paulus. *Absit mihi glori-* Gal. 6.
ari, nisi in cruce Domini.

Circa horam nonam exclamauit IESVS 2.

vocem magna, dicens. *Eli, eli lamma sabacta-*
ni, id est. Deus meus, Deus meus, ut quid de-
 reliquisti me. Considera, CHRISTVM idcir-
co in fine tam miserabilem edidisse cla-
morem, quod reuera in parte animi infe-
riore intolerabiles sentiret peccatas: pars e-
nim illanihil solatij vel auxilij à superiore
patre, nec ab ipsa diuinitate coniuncta ac-
cepit, sed relicta fuit, ut pateretur quan-
tum posset. Hora nona autem corpus to-
tum erat exhaustum, tum ex copia effusi
sanguinis, tum ex incredibili clauorum
dolore, tum ex lethali sudore frigoreque
vidique diffuso. 2. Considera, quomodo
in tali statu, moribundos ad cœlum susti-
letit oculos, multisque profusis lacrymis
*clamarit magno affectu, *Deus meus, Deus**
meus, qui nunquam deseris clamantes ad
te, cur me dilectissimum filium sine ullo
solatio in hac extrema lucta derelinquis?
Hinc disce, quid nobis qui pleni pecca-
tis sumus, futurum sit in hora mortis, si fi-

lius

302 MEDITATIONES DE
lius Dei ita deseritut, nisi Christo coniug
et maneamus?

Quidam autem illic stantes, dicebant, H
eliam vocat iste. Considera, hoc dictum est
ut discas otiosos homines in rebus suis
curios, nihil nisi aliorum verba & fin
carpere & ridere. 2. ab impiis ignorari id
crimen inter Eli & Heliam, id est, ini
honorem, qui Deo debetur, & qui su
stis, ut sunt haeretici nostri temporis;
illos sinistre Dei verbaverba torquere, quill
quidē audiunt, sed nō iuxta illa vitam
fituunt.

MEDITATIO XXXI.

De quinto Christi Verbo.

Ioann, 19.

I. SCIENS IESVS omnia consummata, ut cu
summaretur Scriptura, dixit: Sitio. Con
sidera, Dominum in tantis crucis tormentis,
mente tamen lustrasse Scripturas si
gulas, an quę forte superesset nondum
tuam salutem implera, ut tu in Dei volun
tatem, superiorūque iussa intentus, nihil
emittas eorum quae tui officij, vel voca
tionis sunt. 2. Considera Christum nihil in
vitam

